

Nf. 41.
(1)

13

* * * * *

IO. HENR. CALLENBERGII
OBSERVATIONVM
VARIARVM
PARTICVLA III.

Halæ MDCCXXXVI.

I.

C*hristianismus Arabiae, ante muhammedi-
smum.* Inter eos, qui Petrum die festo
Pentecostes audiuerunt, de Christo orantem,
fuerunt etiam Arabes. Sine dubio quidam, si
non omnes, ex illis domum redierunt, & quod
acceperant de salutis autore, suis renuncia-
runt. Insequuto tempore Paulus, postquam
animo immutatus erat, ex Damasco ad Ara-
bes excurrit; & ut ardebat Christi amore,
lætum nuncium de hoc illis attulit. Sed, in-
teriecto tempore, ex regione illa discessit.
Si Epiphanio fides habenda est in Cochaba,
quod Arabiae oppidum est, orta est secta
Ebionitarum & Nazaræorum: sed alii hæc
):(nomina

Illam discessit. *Act. II. 11. Galat. I. 17.*

nomina christianorum putant. Saeculo tertio Origenes iter suscepit ad Arabes, cujus historia ab Eusebio perscripta est. Nonnulli principes Arabiae hoc tempore Christum coeperunt colere. Philippum, Arabem, qui romanum orbem imperator rexit, christianis sacris adeo non aduersabatur, vt prodiderint quidam memoriae, eum factum esse christianum: alii non tam fidem, quam studium in Christianos illi tribuere. Hippolytus, Origenis aequalis, Portuensis ecclesiae episcopus fuit. Scripta ejus duobus voluminibus constant, edita Hamburgi, studio Joannis Alberti Fabricii. Praeclare ille sacrosanctam trinitatem, & utramque naturam, in Christo conjunctam, tuetur; imprimis in sermonibus de theologia & adsumta a filio Dei carne. Edita praecleara fidei confessione, manibus pedibusque ligatis, praecipitatus est in foueam, plenam aquae; atque

Christianorum putant. *Epiphan. contra heres. lib. I. t. 3. heres. 40.*

Perscripta est. *Euseb. lib. VI. c. 19.*

Coeperunt colere. *Euseb. lib. VI. c. 19.*

Illi tribuere. *Euseb. hist. eccl. lib. VI. c. 34.*

Episcopus fuit. *Euseb. lib. VI. c. 20, 22.*

Hieronym. de script. eccles. c. 61. Prudentius hymno XI.

Hamburgi, 1716, & 1718.

in ea vitam finiuit. Bostrorum Arabiae episcopus, Beryllus, errorem disseminauit de CHRISTO : eum videlicet non extitisse per se, antequam humanam adsumserit naturam ; & ejus diuinam naturam non fuisse ipsi propriam, sed patris in eo extitisse diuinitatem. Beryllum vero Origenes in regiam viam reduxit. Præterea alii docuerunt : animam cum corpore mori, & die ultimo, quo mortui suscitabuntur, reuicturam. De qua opinione Eusebius scribit. Manichæi incunabula deliramentorum suorum merito accepta ferunt Arabiae. Scythianus enim, ejusque famulus, Manetis prodromi, Saraceni erant. Errantium curam habuit Origenes, non sine successu ; reducti enim multi sunt ad doctrinæ puritatem, Berylli emendati jam meminimus ; & eam controuersiam, quæ de animæ immortalitate agitata est, idem feliciter terminauit. Commemoratur sæculo quarto prodigiosa opinio de Maria, humanæ sorti exempta, trinitatis complemento, adeoque colenda & adoranda.

)(2

Elmaci-

Vitam finiuit. *Baronii Martyrolog. romanum. ad 22. August.*

Viam reduxit. *Euseb. VI. c. 33.*

Eusebius scribit. *VI. 37.*

Saraceni erant. *Hotting. hist. orient. 344.*

Feliciter terminauit. *Euseb. hist. eccl. VI.*

c. 33.

Elmacinus : *ex iis* (qui nicæno concilio interfuerunt) *erant, qui dixerunt : Messiam & Mariam, præter Deum, duos esse Deos. Atque hi appellati sunt Mazamæi.* In nomine forte error latet, vt intelligimus ex Patricidis loco : *quidam dicebant : Christum & Mariam duos esse Deos, præter Deum; qui quidem barbari erant, Marianite vel Mariamini cognominati.* Beidauus : *tres Deos, ait, nempe Deum & Christum, & Mariam; atque de eo testatur oraculum altissimi Dei. Tunc, o Isa, dixisti hominibus, suscipite me & matrem meam, pro diis, præter Deum?* Superfuisse sæculo sexto cultores Mariæ supersticiosos, satis indicant scriptores, Muhammedem sequuti : ex quibus jam sæculo quarto citauimus Beidauum. Cui conuenit Abunazarus, testans : eos credere tres Deos, Mariam, Isam, & Deum.

II. Ver.

Oraculum altissimi. *Alcor. Sur. V. 71.*
 Præter Deum. *Elmacinus p. 227. Patricides p. 120. Beidau. in Comment. ad verba Alcor. Sur. IV. 60.*
 Abunazarus. *p. 149.*
 Isam & Deum. *Plura vide in Hotting. historia orientali, ex qua multa jam in medium protulimus, p. 336. 338. 339. 340. 341. in Leuini Warneri tractatu de moribus antiquorum arabum, qui ante Muhamme-*

II. Versio epistolæ arabicæ, exarata ab Afriatico, atque huc transmissa a Scharfchmidio, qui ecclesiastes castrensis fuit in confiniis Russiae & Persidis; illam ego feci. *Pro more & consuetudine directâ ad excellentiam, præstantiam & præsentiam domini, præsidis celebris, observatoris & pastoris (epistola.) Custodiat ipsum deus! (Scripta) a prætore, Andrea - (hæc) epistola præfecto turcici castelli, in quo christianorum templa sunt, (exhibeatur.) Ejus favor, benignitasque perennis sit, (opto.) Significavi tibi per tabellarium, chartam me desiderare, qua filius meus - coranum & euangelium*

(3

hammedem vixerunt: in Marraccii alcorano, Sur. LXXXV. 4. in notis; ubi de christianis agit, qui sub Dunaano, tyranno judæo, propter christianæ religionis professionem necati sint: in Pocokii specimen hist. arab. 63. 64. 70. 71. 72. 74. 76. 83. 84. 85. 136. 137. 149. 156. 157. in Dehnii syntagmate historico de de tribus sanctorum Anagyrarum Cosma & Daminani paribus, part. I. 279. in biblioth. patrum max. to. IV. part. II. 877. to. XIII. 762. in Sagittarii introd. in hist. eccl. part. II. 849. 850. apud Ittigium de heresiarchis ævi apostolici, 191. apud Relandum de relig. mohamm. 187.

nam describat. (Hanc te nobis comparaturum) promissisti, idque his verbis renunciaſti: jam non habeo chartam; sed Aſtercanum (habitantibus) id indicabo: (vnde ſi quid accipero, illud) ad te transmittam. Sed hucusque id factum non eſt, quanquam ego tibi fidem adjunxerim. (Nunc) audio, magnam chartæ copiam aduectam eſſe. (Itaque) denovo chartæ mentionem facere volui: quia filius meus - præſens jam eſt, qui (huc) venit Aſchabala, ex loco, (quo) Alcarai (commorantur,) ut chartam petat. Iam igitur rogo, (ut mittas) chartam ad deſcribendum euangelium. Sane, tollam clamorem, neceſſe eſt, (ut te impellam ad faciendum, quod rogavi.) Certe nos beneficentiam, benignitatem, juſtitiam tuam non ſinemus perire.

III. Ad tractatum: Iſſini M. Erzehlung, wie er zur erkenntniſs gottes und Chriſti gelangt ſey. Conferatur Coleri auſerleſene theol. biblioth. I. theil. 21. Buddei veritas relig. chriſt. obtrect. gentil. confirmata, 10. II. Leipz. gelehrte zeit. 1724. 101. 102.

IV. Ad vitam Antonii, B. I. lin. 7. a fin. Quid peregrinator theologus obſeruare debeat, docet Chytraus, in orat. de ſtatu eccleſiæ in græcia &c. p. 8. fin.

V. Herrenſchmidius de ſcriptis, quæ ſuo tempore de ſancienda inter reformatos & euangelicos concordia vulgabantur, ille exiſtimabat,

mabat, in præfenti rerum statu, nihil aliud procreatum iri, quam rixas.

VI. Ad tractatam de linguarum exoticarum, vsu & præfidiis hæc referas.

Vizagapatnam. a Sermone vtuntur genuano.

Der dänischen missionarien bericht contin. 18. præf. c. 2.

Virginica lingua. Lutheri catechismus, ouerfaet på american virginsky spraket. Stockholm. 1698. 8.

Warugica. In eam multæ voces arabicæ sunt receptæ. Ejus vsus reperitur in littore coromandelino.

Conferantur quoque generatim : Petrus Albinus de linguis peregrinis atque insulis ignotis. Beda de linguis gentium. Eduardi Bernardi tabula alphabetorum harmonica. Theodorus Bibliander de ratione communi omnium linguarum. Tiguri, 1548. 4. Brewoodus de varietate linguarum & religionum. Joannis Chamberlaynii oratio dominica, in diuersas omnium fere gentium linguas versa. Amstelodami, 1715. 4. Idem, quod Chamberlaynius, tentarunt Conradus Gesnerus, Hieronymus Megiserus, Joannes Baptista Grammayius, Petrus d'Auicy, Georgius Pistorius

Quam rixas. *Epist. ad A. H. Fr. Bopfinger,*
d. 5. Dec. 1707.

Pistorius Mauerus, Joannes Reuterus, Casparus Waserus, Joannes Wilkins, Thomas Ludenkenius, Mottus, Andreas Mullerus. Chr. Crinefius de confusione linguarum; Noribergæ. 1629. 4. Claudius Duretus de origine linguarum. Stephanus Gerlouius de confusione linguarum origine & modo. Athanasii Kircheri polygraphia, seu artificium linguarum. Stiernhielmus de origine & progressu linguarum.

* * * * *

* * * *

* * *

* *

*


a-
u-
r.
i-
i-
le
a-



Bd 1216.


S 8

h. c.



B.I.G.

Farbkarte #13



13

* * * * *

IO. HENR. CALLENBERGII
OBSERVATIONVM
VARIARVM
PARTICVLA III.

Halaë MDCCXXXVI.

I.

Christianismus Arabiæ, ante muhammedi-
smum. Inter eos, qui Petrum die festo
Pentecostes audierunt, de Christo orantem,
fuerunt etiam Arabes. Sine dubio quidam, si
non omnes, ex illis domum redierunt, & quod
acceperant de salutis aurore, suis renuncia-
runt. Insequuto tempore Paulus. postquam
animo immutatus erat, ex Damasco ad Ara-
bes excurrit; & ut ardebat Christi amore,
lætum nuncium de hoc illis attulit. Sed, in-
teriecto tempore, ex regione illa discessit.
Si Epiphanio fides habenda est in Cochaba,
quod Arabiæ oppidum est, orta est secta
Ebionitarum & Nazaræorum: sed alii hæc
):(nomina

Illa discessit. Act. II. 11. Galat. I. 17.